



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 143. Papæ conatus ad urgendam expeditionem adversus Turcas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. *prædictæ, & alicæ quæcunque Personæ, eas*
A.C. 1460. *pœnas ac censuras incurrant, quas rei Maje-*
statis, & hæreticæ pravitatis fautores in-
currere dignoscuntur. Tabelliones insuper,
ac testes, qui hujusmodi actibus interfuerint,
& generaliter, qui scienter consilium, auxi-
lium dederint, vel favorem talibus appellan-
tibus, pari pœna plectantur.

§. CXLIII.

Pontificis Decreta pro bello
adversus Turcas.

Cum hoc decretum veris Juris Cano-
 nici legibus parum consonum, &
 antiquæ ac universali Ecclesiæ discipli-
 næ contrarium sit (*), summus Ponti-
 fex

(*) *Instituti nostri ratio non exigit, ut omni-*
um Gallicarum libertatum originem, ac anti-
quitatem investigemus. Certum tamen est, ar-
ticulos de auctoritate Concilii Generalis supra
Pontificem, & de jure prætenso a Papa appel-
landi ad Concilium, in Galliis usu receptos fu-
isse primum An. 1682. legitimam tamen posses-
sionem necdum acquisivisse ob interpositos actus
contrarios a summis Pontificibus Innocentio XII.
& aliis. Prioribus temporibus contraria longe
disciplina usu ac doctrina apud Gallos compro-
hata invaluit. Immerito igitur hoc decretum
antiquæ & universali Ecclesiæ disciplinæ con-
trarium

sex paucis post diebus Cardinales, Præ-
 latos, omnesque Principum Oratores Præ-
 Sæcul. XV.
 A.C. 1460.
 Mantuæ

trarium suggillatur; semper enim & ad hæc usque tempora, excepta sola Gallia, totus Christianus orbis appellationes ejusmodi Ecclesiæ disciplinæ contrarias agnoscit. Qua autem ratione hoc Papæ decretum veris Juris Canonici legibus parum consonum notetur, non videmus, si Gallorum sententiæ nonnisi libertates privatæ suæ Ecclesiæ sunt, seu, ut ipse Petrus de Marca acerrimus harum libertatum vindex definit: libertas Gallicana constat non solis antiquis Canonibus, sed Jure Canonico e Canonibus & Decretalibus temperato in proleg. ad Concord. Sacerd. fol. 54. tunc potius sententiæ huic Decreto contraria dicenda foret libertas, exemptio a veris Canonibus, aut eorum temperamentum seu præter Canonum disciplinam usus introductus: Decretum vero veris legibus apprimè consonum erit dicendum; non enim solis Decretalibus in Collectione Isidori Mercatoris, sed antiquissimis Canonibus in Gratiani Decreto & Decretalibus contentis (quibus tanquam Furi communi Gallicanas libertates inniti, idem Petrus de Marca lib. 3. cap. 6. num. 5. testatur) ejusmodi appellationes prohibitæ leguntur. Sicut suæ libertates Ecclesiæ Gallicanæ, eas tamen Continuator universales esse non jactitet, minus vero oppositam disciplinam velut antiquæ contrariam sugillet; in sæculo enim XVII. non solum
 Roma-

Sæcul. XV. Mantuæ in Ecclesia S. Petri congrega-
A.C.1460 tos alloquebatur, eisque hucusque octo
 illis mensibus in Conventu Mantuano
 peracta, ac ulterius speranda exposuit,
 Collect. ibid. Hungari, inquit Pontifex, si adjuventur,
 p. 1802. summo conatu, & universis viribus suis
 Turcas invadent: Germani pollicentur ex-
 ercitus duorum & quadraginta millium bel-
 latorum: Burgundus sex millia: Itali
 (exceptis Venetis, ac Genuensibus) Cleri
 decimas, populi trigesimas annuorum reddi-
 tum, ac vigesimas Judaicæ substantiæ, ex
 quibus navales copiæ sustentari queant. Idem
 facit Rex Arragonum: Ragusei duas trire-
 mes offerunt: Rhodii quatuor. Hæc tan-
 quam certa solemnī stipulatione per Princi-
 pes ac Legatos promissa sunt. Veneti,
 quamvis publice nihil promiserint, cum ta-
 men expeditionem paratam viderint, haud
 quaquam deerunt: neque patientur, ut suis
 majori-

Romana Curia, sed ipsimet Protestantes mira-
 ti sunt, quod Gallia famosas illas quatuor pro-
 positiones in Conventu Cleri Gallicani concin-
 natas adeo tenaciter defendere voluerit, quapro-
 pter Auctor Sæculi Ludovici XIV. tom. 2.
 cap. 31. fol. 221. & 218. effatus est. Hæc
 eorum constantia a Romanis respiciebatur tan-
 quam seditiosorum attentatum, ab omnibus
 Protestantibus in Europa velut infirmus Eccle-
 siæ recens libere natæ conatus, quo nonnisi
 suorum vinculorum quatuor dirupit annulos.

majoribus deteriores videri possint. Idem Sæcul. XV.
A.C. 1460.
de Francis, de Castellanis, de Portugallen-
sibus dicimus. Anglia civilibus agitata
motibus, spem nullam pollicetur, neque Sco-
tia in intimo abscondita Oceano: Dacia
quoque, Suecia, ac Norvegia, remotiores
provinciae sunt, quam milites possint mitte-
re; nec, solis contentae piscibus, pecuniam
ministrare possunt. Poloni Turcis per Mol-
daviam contermini, suam causam deserere
non audebunt: Bohemos mercede licebit con-
ducere, suo ære extra Regnum non mili-
tabunt. Sic res Christianae se habent. Hun-
gari viginti millia equitum armabunt; pe-
ditum haud minorem numerum: qui Ger-
manis juncti, ac Burgundis duodenonaginta
millia militum in castris habebunt. Et
quis non his copiis superatum iri Turcas
arbitretur? His accedet Georgius Scander-
begus, & Albanorum fortissima manus:
& multi per Græciam ab hoste deficient,
& in Asia Charamannus, & Armenorum
populi, Turcas a tergo ferient. Non est
cur desperemus: tantum Deus ipse capta
secundet. Ite & narrate domi, quae hic
gesta sunt, & ut promissa in tempore fa-
ciant, Dominos vestros admonitos reddite.

§. CXLIV.

Finis Conventus Mantuani.

His dictis, qui aut pecunias repræsen-
tarunt,